N. 3600.

CURRENDA XV.

A. D. 1858.

N. 2870.

Ordinatio de relinquendis inventariorum aut documentorum extraditorum copiis in memoriam revocatur.

Aliquot vicibus in Currendis Nostris Venerabiles Curati in mandatis acceperunt, quatenus copias actorum documentorumve majoris momenti, Inventariorum, præprimis si nedum copia apud Ven. Offum Dec. prostat, antequam requirentibus C. R. Officiis extradant originalia, conficerent, ac in actis pro casu obvio reconderent. Sed pro dolor! experientia docet, Nos sæpenumero frustra requirere extractus ex Inventariis aut copias originalium syngrapharum aliorumq. quia originalia ad Instantias respectivas, quin copiæ eorum pro archivo relictæ, transmissa esse deprehendimus; et propterea tum conscientia resp. transgressoris Dispositionum Nostrarum salubrium læsa, tum activitas Nostra in curandis ecclesiarum negotiis præprimis fundationalibus retardata existit... aut alia pejora in detrimentum ecclesiarum enascuntur.

Iterum atq. iterum inculcamus, ut Venerabiles in Xto Fratres spiritum Xti; spiritum obedientiæ ac ordinis; spiritum solicitudinis circa ecclesiæ commodum... induentes, nulli vituperationem ejusmodi nec culpam in se devolvi sinant.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviæ 18. Octobris 1858.

Nr. 2872.

Cautela intuitu legatorum e substantia haud certa, aut plane certa.

Parochorum nonnulli de substantia sua provisuri testamenta vel codicilla conficiunt, ope quorum condunt e mobilibus fundationes, quæ ob circumstantias varias ad effectum aut plane deduci nequeunt, aut ex parte tantum, aut nimis sero. Circumstantiæ illæ infunestæ esse deprehenduntur tunc, quando ultimæ voluntatis Dispositores pro legatis assignant summas syngraphis destitutas, non intabulatas, nonnisi in suis debitorum libellis consignatas, nec aliqua epistola superstructas... aut prætensiones ad Dominia vel Communitates a politicis Instantiis sibi ob susceptas prævie restaurationes agnitas et assignatas, ast rite haud specificatas, aut alia immobilia, quæ ob desolationes tam in rebus ecclesiæ, quam œconomiæ Inventario buch. consignatis, post obitum interdicto ab alto Regimine onerantur; nec non pro ratione emensuratæ ob desolationes quotæ in recompensationem occupantur. Accedit, quod ejusmodi in casibus pertractatio Massæ, emensuratio summæ in desolationes recompensandas, revindicatio debitorum incertorum, illiquidorum &c. &c. ad plura sæpe decennia protrahitur, quia Instantiæ publicæ

fundum instructum assecuraturæ aut fundationes stabilituræ jam cum hæredibus, debitoribusve, jam cum aliis Subselliis correspondentias fovere, jam viam processus sæpe in cassum percurrere longam coguntur.

Sic quidam Curatorum in favorem ecclesiæ primum erigendæ a. 1832 legaverat 1000 Rh. C. M. e mobilibus divendendis creandos eum in finem, ut e censu annuo 50 Rh. Curato futuro obvenirent 24 Rh. C. M. pro 24 Missis et reliqui jam ecclesiæ, jam ministris ejus ac pauperibus... erecta illa ecclesia quid anno præsente decreto juridico adjudicatur ei post periodum 26 annorum? Quotula 59 Rh. 32½ x. C. M. solummodo in rem illorum 1000 Rh. restat, in fundo pub. locata, de cujus censu 2 Rh. pro 2 Missis addicuntur, reliqua reliquis... Alter rursus 100 ∦ et 50 fl. C. M. elocatos penes privatos, ast sine syngrapha aut epistola; item 212 Rh. restantes penes Dominia et Communitates propter ædificia previe extructa; verum sine decretis et consignationibus, pro decore domus Dei legaverat; præterea desolationes aut defectus reliquerat... In tali rerum statu Deus scit, quando fide publica debitorum e medio sublata, processus terminatus fuerit et quo cum successu...

His rite ponderatis consilium in aprico est, nimirum stante vita desolationes et defectus resarciendi, debita intabulatione assecurandi, prætensiones consignandi, ne peculium ecclesiæ quidquam detrimenti capiat. Agite igitur Ven. Fratres in Xto! cum omni cautela, ne post mortem adhuc ministerium Vestrum vituperetur in ejusmodi negotio; et Vos Perillustres Decani! quotannis fundum instructum conferte cum Inventario buch. cujusvis ecclesiae; facite verba quoad testamenta, substantiam manibus malæ fidei mutuo traditam; debita nefors contracta... apud famulitium, aut alios &c. et quae sinistra deprehenderitis, ad ordinem redigite... consilia recta propinate... quo praecaveatur, ne cineres in sepulchris turbentur... ob disordinem relictum, nec C. R. Instantiae inanibus scriptitationibus graventur ob legata e summis incertis.

Penes hanc occasionem silentio supersedere nullatenus possumus circumstantiam aliam tristissimam, quod saepenumero substantia certa, etsi in paratis, absq. debitis, praetensionibus, desolationibus relicta e conniventia aliorum principiis perplexis traductorum, sive negligentia eorum, quibus e munere incumbit invigilare ejusmodi massae, mox post agonem discerpatur, atq. sic intentio p. m. Testatoris aut Ecclesiae pessumdetur. Funesta ejusmodi fortunae post obitum sorte edocti studeant Cuncti majorem partem illor. quae aut e dote Sponsae Xti i. e. ecclesiae congesserant, aut aliunde acquisierant, stante adhuc vita, jam in decorem domus Dei, jam in pauperes, jam in fundationem pro anima sua, suorumq. perpetuam ipsimet calida adhuc ut ajunt manu convertere, atq. taliter intentionem piam in effectum deducere, laudem Xtifidelium certam metere, nec non saluberrimum suorum conatuum resultatum propriis oculis cernere. Manus ad opus apponatur hodie, quia crastina fors Dominus venturus est rationem vilicationis exigendi causa... et tunc cujus erunt illa, quae congregasti? Haud prudentiae signum est, executionem piae intentionis comittere fidei aliorum post fata, quum ipsimet intentionis propriae executores sub incolatu nostro in terris valeamus esse fidelissimi. Imitemur hac in causa S. Laurentium Levitam, qui facultates ecclesiae tempestive dederat

egentibus, quas in cœlestes thesauros manus pauperum deportaverunt, praesagiens Hippolyti cupiditatem spoliandi ecclesiae peculium, „cui Levita castissimus (quoad dispensationem ecclesiasticae substantiae) ubi eas (opes) repositas haberet, ostendens, numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu atq. vestitu inamissibiles condiderat facultates, quae tanto integrius erant salvae, quanto sanctius probabantur expensae.“ Ille dirus facultatum direptor, mors, quotidie circuit; quare sequamur vestigia sanctorum, vestigia Confratrum coævorum, qui diem supremum quotidie expectantes, reddunt mature propria manu, partem ecclesiae, partem animae suae, partem pauperibus ex illis, in quibus benedixerat eis Deus... nam alias, si inhiemus facultatibus adeo, ut nec cogitationem disponendi de ipsis admittamus, et sic eas casui fortuito committamus, in humeros nostros concitabimus iram Dei, quemadmodum, ut legimus in II. Machab. III. 25, 26, 27 &c. Heliodorus ille thesauri templi Hierosolitami aggressor.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 18. Octobris 1858.

Nr. praes. 192.

Praelatis orientalibus etc. rescripto S. Congregationis destitutis eleemosynam colligere haud permittatur. etc.

Vindobonensis Nuntiatura Apostolica Litteris de 30. Nov. a. c. N. 164 ad Nos datis duo commendat: a) Ne eleemosynam suppeditemus Orientalibus Rescripto S. Congregationis haud gaudentibus et 2. ut sublevemus Institutum sub invocatione B. M. V. sine labe conceptae. Tenor earum est sequens: „Sacrae Congregationi de Propaganda Fide innotuit, modo unum modo alterum ex Praelatis Orientalibus Europam, contra praeceptum antehac illis repetitis vicibus traditum, peragrare, aut alios mittere, qui eleemosynas pro suis ecclesiis corrogent. Quod igitur editis removeri decretis non potuit, id Sacra Congregatio per hasce meas encyclicas litteras Illius nomine datas, efficacius impedire confidit; RR. DD. Locorum Ordinarios hortando, ne in Suis Diœcesibus sinant praedictos Antistites eleemosynas colligere, nisi peculiare Ejusdem S. Congregationis rescriptum exhibeant. Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Tuam idcirco rogo, ut aeque S. Congregationis desiderio quovis possibili satisfaciat modo. Hac autem utor occasione, ut perspecto D. T. zelo commendem hic nuper institutum sub invocatione B. M. V. sine labe conceptae Sodalitium, quod Missionum Catholicarum per Orientem indigentiis auxilia praebere provide satagit. Et peculiaris observantiae studio persevero.“ &c. Haec pro notitia et observatione.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 13. Decembris 1858.

Nr. 3450.

P. T. Vicarius Apostolicus in Suetia et Norvegia delegat pro colligendis eleemosynis Parochum Bernhard etc.

Suppletorie ad Notificationem hujatem sub Nr. 1410 in Cur. VII. a. c. N. 1747 impressan vigore alti Rescripti Exc. Praesidii Regiminis Cracov. d. 12. Dec. 1858 N. 4826 significamus, ad colligendas eleemosynas pro erigendo Stocholmii hospitali Sororum misericor-

diae nec non educationis Instituto ab Illmo Studach Vicario in Septemtrione Apostolico &c. delegatum esse AR. Antonium Bernhard, Parochum communitatis Stocholmensis... tempusq. ad collectionem hanc ab Alto C. R. Ministerio pro Internis sub 9. Dec. a. c. N. 10949 ad 6 menses praefixum extitisse. Ven. Clerus nunquam non ad pia opera pronus cum aestimatione excipiet tantum Delegatum nec non larga a Se dimittet manu.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 23. Decembris 1858.

Nr. 3587.

Collectio pia pro templo Genevae in ambitn Imperii Austriaci concessa.

Juxta Rescriptum Exc. Praesidii Cracov. de 26. Dec. a. c. N. 5016 in fundamento Decreti a. Ministerii pro Internis de 23. c. m. et a. N. 11590 Illmo Eppo Genevae et Lausannae Murilej concessa est facultas collectionem pro continuanda ecclesiae Genevae de immac. Concep. B. M. V. fabrica in toto Imperio Austriaco instituendi, pro quo negotio Presbyter AR. Rinderknecht deputatus extitit.

Ven. Clerus P. T. Collectorem, ut speramus, omni qua par est urbanitate largitateq. excipiet.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 31. Decembris 1858.

Nr. 2982 ex 1857. et 2530 ex a. c.

Gratiae pro quota 3 fl. 31 x. C. M. aguntur etc.

Receptionem quotae memoratae e Decanatu Brestensi et quidem 1 Rh. 48 x. pro Missionibus Africanis et 1 Rh. 43 x. C. M. pro Americanis hisce attestamur, gratias agentes pro zelo exhibito nec non largitores de suffragiis suffultorum certiores reddentes.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 23. Decembris 1858.

Nr. 2780, 3117 et 3380.

Gratiae aguntur pro quotis in favorem Catholicorum Orientalium immissis etc.

Quotae e 14 Decanatibus et a privatis pro re Catholicorum in Oriente ad Congregationem Immac. Concept. B. M. V. Viennae abhinc expeditae efficiunt 83 Rh. 40 x. C. M. pro quibus gratias referimus maximas benedictionemq. elargimus atq. Deum misericordiarum ob remunerationem largam una cum Catholicis in Oriente egentibus enixe precamur. Decanatus contulere: a. *Bialen.* 15 Rh. 53 x. b. *Bobov.* 9 Rh. c. *Brest.* 2 Rh. 30 x. d. *Czchov.* 20 x. e. *Dąbrov.* 12 Rh. f. *Dobczyc.* 7 Rh. g. *Łącen.* 7 Rh. 32 x. h. *Oświęc.* 10 Rh. i. *Pilsnen.* 4 Rh. 3 x. k. *Ropczyc.* 7 Rh. l. *Skavin.* 3 Rh. m. *Vet. Sandec.* 2 Rh. n. *Wadovic.* 3 Rh. 20 x. o. *Żywiec.* 3 Rh. 30 x. p. Privati 3 Rh. 25 x. C. M. a reliquis quotas resp. praestolamur.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 14. Octobris 1858.

Nr. 3119.

Resultatum Collectionis pro reaedificanda Ecclesia in Leipa Bohem.

Rmum Consistorium Leitmericense Rescripto de 5. Nov. a. c. N. 6561 contestatur acceptionem summae in Diœcesi collectae 5 Rh. C. M. et quidem e Dec. *Czchov.* 1 fl. 9 x.

e *Wadovic.* 1 fl. et ab J. P. 2 fl. 51 x. C. M. pro quibus parochiani in restaurata Esia exorabunt benedictionem pro Largitoribus.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 17. Novembris 1858.

Präs. Z. 203.

Der Katholik, Zeitschrift für kath. Wissenschaft und kirchliches Leben; redigirt v. Dr. Heinrich Domkapitular u. Professor der Theologie zu Mainz u. v. Ch. Moufang Domk. und Regens Bisch. Sem. daselbst.

. Diese Zeitschrift, erscheint im Verlage des Franz Kirchheim zu Mainz in Monatsheften pr 8 Bog. groß Oktav in einem Preise pr 8 fl. Rhein... seit dem J. 1850. Nach der Uns zugekommenen Ankündigung soll jedes Heft in zwei Haupttheile, einen wissenschaftlichen und einen praktischen, zerfallen. Der erste theoretische Theil soll einer wissenschaftlich gediegenen und zugleich für das Leben fruchtbaren Erörterung der wichtigsten theologischen und jener philosophischen Fragen gewidmet sein, welche in unmittelbarer Beziehung zur Theologie und zu bedeutsamen geistigen Richtungen und Bewegungen der Zeit stehen. Neben der Dogmatik und Moral soll die in unserer Zeit so wichtige, aber in Deutschland noch allzuwenig cultivirte Apologetik in ihrem weitesten Umfange eine vorzügliche Berücksichtigung finden; ferner das Studium der heiligen Schrift und der Kirchenväter in geeigneter Weise angeregt; aus der Kirchengeschichte sollen solche Gegenstände behandelt werden, die entweder apologetischen Zwecken dienen oder für das Leben der Gegenwart anregend und lehrreich sind. An diesen ersten theoretischen Theil schließt sich in gleicher Dignität und Wichtigkeit der zweite mehr praktische Theil der Aufgabe des »Katholiken« und des Inhaltes eines jeden Heftes an. Vor Allem sollen hier die wichtigeren Gegenstände der Pastoral principiell, positiv, den Lehrentscheidungen der Kirche oder, wo solche nicht vorliegen, der sententia communis der bewährtesten Autoren gemäß, praktisch und zeitgemäß behandelt werden. Was Letzteres betrifft, so ist es eben Hauptaufgabe dieser Besprechungen, in allen Fragen der Seelsorge und der Pflege des religiösen und kirchlichen Lebens sich immer mehr die kirchlichen Principien und ihre Anwendung in dem Leben der Gegenwart klar zu machen. Dazu gehört denn auch wesentlich, daß die wichtigeren Erscheinungen des kirchlichen Lebens besprochen und die Erfahrungen aus den verschiedenen Ländern und Diözesen ausgetauscht werden. Weil ohne eine solide Kenntniß der richtigen Grundsätze der katholischen Ascetik eine heilbringende Seelenführung nicht möglich ist, soll auch diese in unserer Zeit noch allzu wenig angebaute Disciplin gebührend beachtet werden. Dasselbe gilt von der Liturgik, Rubricistik und allem Dem, was auf den Cultus und die Zierde des Hauses Gottes sich bezieht. Eine besondere Berücksichtigung sollen auch Predigt und Katechese finden, und zwar nicht bloß was deren Form, sondern auch und vorzüglich, was deren Inhalt betrifft. Die größten Geistesmänner, die auf diesem Felde thätig waren, wie z. B. der heil. Carolus Borromäus, haben sich in ihren Anleitungen nicht mit bloß formalen Regeln begnügt,

sondern sind auch auf den Inhalt der zu behandelnden Themata eingegangen. Es wäre von unberechenbarem Nutzen, wenn es gelänge, durch geeignete Besprechung des Gegenstandes und wo zweckmäßig auch durch exemplificirende Skizzen, die in der Predigt je nach den verschiedenen Perioden des Kirchenjahres und den besonderen Bedürfnissen der Gegenwart zu behandelnden Gegenstände fort und fort anzuregen nnd fruchtbare Gedanken an die Hand zu geben. Endlich sollen regelmäßig der Pädagogik und dem Schulwesen Artikel gewidmet werden. Gibt es ja für die Kirche nichts Wichtigeres als die Schule; zuverlässig wird aber die Kirche in dem Maße den ihr gebührenden Einfluß über die Schule wieder gewinnen, als die richtigen Principien der Erziehung zur Anerkennung kommen und vor Allem in den Dienern der Kirche Tüchtigkeit und Eifer im Schulfache wächst.

Aus dieser Auseinanderlegung wird der Ehrw. Klerus sich die Uiberzeugung von der Gediegenheit dieser Zeitschrift verschaffen und Muth fassen, selbe bei einer Buchhandlung des Inlandes zu bestellen.

L. 3575.

Wezwanie do przedpłaty na II. rocznik kazań Westmayera dla ludu wiejskiego.

Tenże II. rocznik według Wezwania ·/. składać się będzie z 2 grubych tomów... przełożony z niemieckiego na polski język przez JX. Manieckiego, stylem łatwym... i kosztuje drogą prenumeracyjną 5 ZłR. K. M. Pierwszy tom zawierający kazań 33 od I. Niedz. Adw. aż do VI. Niedz. po Wielkiejnocy włącznie już tutejszą uchwałą z 22. List. r. b. N. 3229 uzyskał pozwolenie do druku... i zaleca się go Szan. Duchowieństwu z treściwości ich, według osnowy Cenzury, która tak opiewa: „Nihil in eis contrarium fidei orthodoxae vel bonis moribus deprehendit (P. T. Censor) imo easdem et quoad selectionem materiarum et tractandi easdem modum indigentiis et captui populi accomodatas haud eziguum commodum concionatoribus tyronibus adferre et ædificationi populi inservire posse autumat.“ Do zamówienia chęć mający zechcą się zgłosić albo u Swoich KK. Dziekanów, albo wprost do P. Feitzingera księgarza w Białéj, który jak wiadomo, I. rocznik z tego samego pióra w świat wyprawił. Zamawiającym 10 egzemplarzy ofiaruje się j e d y n a s t y bezpłatnie.

Nr. 3443.

Memento ad aram expetitur

Pro ama p. m. Petronellae Smidowicz Sanctimonialis Staniątec. die 11. Dec. a. c. demortuae.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae, die 31. Dec. 1858.

PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.

INDEX

rerum memorabiliorum in Currendis 15 a. 1858 contentarum.